



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax  
Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus  
Religiosorum**

**Karg von Bebenburg, Johann Friedrich  
Heripoli, 1680**

2. Occasio ad præsens opusculum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38315**

concepto totius operis evolvendi fastidio, difficillimè lectionem aggrediantur, & vix unquam absolvant: id quod in privatorum scriptis potissimum accedit, quorum titulis illud M. Actii Poëta sæpius congruit, qui (d.) cùm brevissimus esset, in Diva Camænarum æde, maximâ formâ sibi statuam collocavit. Ut non inutiliter impendendam à me oderam arbitrer, si brevi quodam proœmio, ex quo mens mea dispici (e.) possit, lectori benigno præindicem suscepiti à me hujus laboris occasionem ac intentionem.

z. Atque ut ab occasione incipiam,  
eam dedit Celsissimus ac Reverendissi-  
mus Princeps & Dominus D. PE-  
TRUS PHILIPPUS, Episcopus Bam-  
bergensis, & Herbipolensis, S. R. I.  
Princeps, Orientalis Franciae Dux &c.  
Dominus meus Clementissimus, evul-  
gato die Sextâ Aprilis, Anno 1679.  
Decreto, cujus tenor unâ cum aliis suâ  
Celsitudinis Decretis & Declarationi-

) ( 5 bus

bus sub finem attextus est: quod cùm nonnulli vel durum nimis , vel invidiosum putaverint, e peræ pretium duxi, necessitatem ac utilitatem Ejusdem ostendere, omnibus hujus opusculi partibus ex SS. Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, Decretis Conciliorum, SS. Congregationum declarationibus, sinceriore Historia, &, ut hominis factiosi notam effugerem , scriptis Regularium ipsorummet, deflumptis, si vel impugnatius, vel debitè requisitus fuerō, confessim laudaturus Authores ad evictiōnem obstrictos.

3. Scio argumentum hoc à permultis variè discussum fuisse: At quoniam vel nimis jejunè, vel factiosè, vel acerbè; à nemine verò , de quo mihi constet, Theologicè, Canonicè, & Historicè simul hæc sparta suscepit fuit: ego , solo Christianæ concordiæ studio, post tractatam nuper è S. Synodi Tridentinæ Canonibus *Pacem Catholicam* cum Adversariis Fidei nostræ, intestinis quoque